253.

Jan Bechyně:

REVISE DRUHŮ RODU DEUTEROCAMPTA CHEVR.

GENERIS DEUTEROCAMPTA CHEVR. SPECIERUM REVISIO.

(COL. PHYTOPH. CHRYSOMELIDAE).

Druhy náležející tomuto rodu žijí v tropickém pásmu jižní Ameriky a tvoří jak znaky morfologickými tak i strukturou krovečných ornamentálních kreseb skupinu velmi homogenní a od ostatních značně isolovanou. Přesný rozsah této skupiny vymezil teprve J. Achard (Fragm. Ent. 1923, pg. 76—78). Weise 1916 (Junk, Catal. pars 68, pg. 48—51) dodržuje jednak původní, širší pojetí podle Chevrolata (1844), jednak připojuje řadu později objevených druhů, typu *Deut. stauroptera* Wied. již velmi vzdálených a sem jen násilně vřazených. Vyloučením druhů příbuzných jmenovanému genotypu a některých dalších forem (cf. Achard, l. c.), zbývá nám nesourodá směs velikého počtu specií, označovaných jako »*Stilodes*«, která podrobnějším průzkumem musí býti teprve rozdělena na celou řadu zvláštních skupin.

V lat. části podávám přehled druhů rodu *Deuterocampta* Chevr., jehož genotyp jest *Deut. stauroptera* Wied.

Hoc genus signibus sequentibus, de quibus clar. Achard in Fragm. ent. 1923, pg. 76—77 fusius exposuerat, insignatus est:

Corpore oblongo-ovato, sat convexo, pronoto elytris nonnihil angustiore. Capite in fronte vix depresso, sulcis clypealibus et frontali distinctis, sulcis ocularibus obsoletis. Labro flavo aut brunneo, assymetrico, antice profunde exciso, longe flavo aut brunneo ciliato. Antennnis brevioribus, basin prothoracis vix attingentibus, apicem versus plus minusve incrassatis. Pronoto transverso, antrorsum regulariter, rotundatim attenuato, ante angulos posteriores (haud productos) vix sinuato; angulis anterioribus apice ipso brevissime rotundatis, parum productis, semper supra subtusque late (in prostethio) laevibus et luteis aut sulphureis; in disco microsculpturato atque punctis majoribus non confluentibus instructo; basi punctis foveiformibus, oblongis et pro parte confluentibus, insculptis. Scutello haud punctato, laevi aut microsculpturato. Elytris sat nitidis, microsculpturatis, epipleuris et intervallo marginali laevibus et pallidioribus; regulariter punctato-seriatis, punctis ipsis antice et in maculis aut vittis nigris fortius quam in partibus ceteris, insculptis; punctorum serie marginali bene impressa; in disco diverso modo coloratis. Subtus nitida et vage pilosa. Prosterno inter coxas carina longitudinali media, punctata, fortiter producta, ad apicem triangulariter depressa, instructo; metasterno antice (medio excepto) sulco profundo emarginato. Episternis meso- et metasternalibus crebre punctatis; abdomine sparse et tenuiter punctato. Tarsorum articulo unguiculifero quam 3° 2—2,5× longiore, subtus haud denticulato. Mas. Segmento ventrali ulimo apice trunctato. — Hab. Brasilia.

Hoc genus secundum colorationem in duas sectiones haud artefactas divido:

1. Antennis (et saepe pedibus) flavotestaceis; elytrorum epipleuris nigris, ante medium plus minusve late flavomaculatis. Elytris aut flavis, unicoloribus, aut fascia singula vel fasciis aliquot transversis, sive reductis

sive productis, atque nonnumquam etiam lineis in punctorum seriebus aut in intervallis alternatis, ornatis. Typus: *D. stauroptera.*

2. Antennis (basi excepta) et pedibus nigris; elytrorum epipleuris flavis, pone apicem anguste nigromaculatis. Elytrorum ornamento e vittis longitudinalibus (non solum in intervallis alternatis dispositis) constructo. *(D. leucomelaena, mrázi* et *opposita).*

Bibliographia in Junk-Schenkling: Coleopterorum Catalogus, pars 68, J. Weise, 1916.

Alii libri citati:

1923, J. Achard in Fragm. ent. 1923, pg. 76—78: descr. or. *Deut. impictipennis* (Stal.) ab. *virgulata.*

Specierum et formarum conspectus:

1. **Deuterocampta sedula** Stål. — Brasilia (Typus ex coll. Chevrolat, in coll. Achard).
   ab. *virgulata* Achard. — Brasilia: Thérésopolis (Typus, coll. Achard).
   ab. *impictipennis* Stål. — Brasilia: Thérésopolis (coll. Achard).
   ab. *nervulata* (Achard i. l.) n. ab. — Brasilia (coll. Achard).

2. **Deuterocampta pustulicollis** Stål. — Brasilia (Typus ex coll. Chevrolat in coll. Achard); Brasilia (coll. Achard, coll. Nickerl et coll. Salvator).

3. **Deuterocampta 20-lineata** n. sp. — Brasilia (Typ. ex coll. Achard.)

4. **Deuterocampta segnis** Stål. — Brasilia: Rio de Janeiro; Brasilia (coll. Achard).

5. **Deuterocampta semistriata** Fabr. — Brasilia (coll. Achard).
   ab. *polystriata* n. ab. — Brasilia (typus ex coll. Lokay; coll. Achard, coll. Salvator).

6. **Deuterocampta prostethialis** n. sp. — Brasilia (Series typica ex coll. Achard).

7. **Deuterocampta achardi** n. sp. — Brasilia: Mendès, à 92 km de Rio de Janeiro, coll. Le Moult (series typica ex coll. Achard).

8. **Deuterocampta crux nigra** Stål. — Brasilia (coll. Achard).

9. **Deuterocampta rufipes** n. sp. — Brasilia (coll. Achard).

10. **Deuterocampta humeralis** n. sp. — Brasilia (coll. R. Král).

11. **Deuterocampta melanograpta** Stål. — Brasilia: Rio de Janeiro (*mihi ignota).*

12. **Deuterocampta stauroptera** Wied. — Brasilia: Rio de Janeiro (P. Germain, 1883, in coll. Achard); Etat de Sao Paolo (coll. Achard); Minas Geraez: Caraçà (1. II. 1885, E. Gounelle lgt., in coll. Achard); Brasilia (coll. Achard, coll. Nickerl).
    ab. *picturata* n. ab. — Brasilia (series typica ex coll. Achard).
    ab. *formosa* n. ab. — Brasilia (series typica ex coll. Achard).

13. **Deuterocampta vittulosa** n. sp. — Brasilia: Rio de Janeiro. (Typus ex coll. Achard).

14. **Deuterocampta mystica** Stål. — Brasilia: Rio de Janeiro *(mihi ignota).*

15. **Deuterocampta vigilans** Stål. — Brasilia: Rio de Janeiro *(mihi ignota)*.

16. **Deuterocampta saeva** Stål. — Brasilia *(mihi ignota)*.

17. **Deuterocampta vinculata** Germ. — Brasilia (Typus ex coll. Chevrolat, in coll. Achard).
ab. *nonstrigata* n. ab. — Brasilia (typus ex coll. Achard).

18. **Deuterocampta fruhstorferi** Jacoby. — Brasilia: Espirito Santo (loc. class., coll. Achard).

19. **Deuterocampta leucomelaena** Perty. — Brasilia: Etat de Sao Paolo (coll. Achard); Sao Paolo (J. Mráz lgt.); Minas Geraez: Caraçà (1. II. 1885, E. Gounelle lgt., coll. Achard); Brasilia (coll. Achard).

20. **Deuterocampta mrázi** n. sp. — Brasilia: Sao Paolo (Typus, J. Mráz lgt.).

21. **Deuterocampta opposita** Stål. — Brasilia (coll. Achard).

Specimina omnia e localitatibus supra citatis in coll. Musaei Nat. Pragae conservantur.

Specierum et formarum synopsis:

1 (22) Pronoto supra solum modo ad angulos anteriores late luteomaculato, rarius etiam in medio antice macula lutea prolongata, angustata et abbreviata, ornato.

2 (2) Sutura angustissime nigromarginata.
Nigropicea, labro, antennis, palpis, femoribus tarsisque rufotestaceis. Pronoto nigro, ad latera flavomaculato. Elytris flavotestaceis, paulo post medium transversim nigrofasciatis, hac fascia nes suturam nec elytrorum marginem attingente.
Capite quam pronoto nitidiore, tenuissime et sparse punctato. Pronoto in disco opaco, sparse irregulariter et fortiter punctato, angulis posterioribus acutis. Elytris nitidis, antice fortiter, postice tenuissime punctatoseriatis, punctis ipsis maculis nigris circumdatis, in lineas longitudinales, ad fasciam transversam utrinque abbreviatas, confluentibus; stria marginali haud nigro circumdata; intervallis vix punctulatis. Long. corp. 10 mm. ..... 3. **Deuterocampta 20-lineata** n. sp.

3 (2) Sutura late nigrocolarata (intervallis iuxtasuturalibus late, nonnumquam etiam aliis sequentibus pro parte, nigricantibus.

4 (5) Elytris nigris, macula basali elongata pone scutellum, macula subhumerali transversa marginem attingente, atque macula anteapicali fortiter transversa, in intervallo externo penultimo coarctata, marginem haud attingente, flavis ornatis.
Nigra, antennis, palpis (quarum articulo ultimo aut ex toto aut pro parte) rufotestaceis, labro piceo. Pronoto ad latera flavo maculato, elytris maculis flavis, supra nominatis, ornatis.
Capite opaco, sparse et sat tenuiter punctato, pronoto in disco opaco, punctis nonnulis magnis irregulariter dispositis instructo, angulis posticis rectangularibus. Elytris nitidis, in maculas flavas et ad apicem tenuissime, ceterum autem fortiter punctatoseriatis, intervallis punctulatis. — Long. corp. 9,5—11 mm. ..... 18. **Deuterocampta fruhstorferi** Jacoby.

5 (4) Elytris aliter coloratis, aut luteis et nigropictis, aut nigris et flavofasciatis.

6 (7) Elytris nigris transversim luteofasciatis.
Nigropicea, labro, palpis, antennis tarsisque rufotestaceis, clypeo rufescente. Pronoto ad latera late luteomaculato. Elytris nigro-aeneis, specifice luteo-ornatis: fascia transversa basali, in disco in duas maculas interrupta, quarum macula una transversa pone scutellum, basin elytrorum attingente, atque alia, humerali, subrotundata, nec basin nec marginem attingente; fascia transversa flexuosa, marginem elytrorum haud attingente, paulo post medium posita et fascia anteapicali in macula oblonga reducta, nec apicem nec marginem elytrorum attingente. Sutura late nigrocolorata. Epipleuris postice obscure brunneo-rubris.
Capite sat nitido, punctis aliquot instructo. Pronoto opaciore, in disco sat fortiter et sparse punctato, angulis posterioribus rectis. Elytris antice fortiter, postice in fasciis luteis dilutius punctatoseriatis. Long. corp. 9,5—11 mm. ..... 17. **Deuterocampta vinculata** Stål.
Variat: a) Pronoto antice in medio vitta lutea longitudinali abbreviata ornato. ..... f. *typica*.
b) Haec vittula obsoleta, vix distincta. ..... ab. *monstrigata* n. ab.

7 (6) Elytris luteis, in medio vitta transversa nigra, nonnumquam reducta aut interrupta, ornatis, saepe in disco longitudinaliter nigro-lineatis.

8 (9) Fascia media elytrorum in macula subrotundata reducta. Mihi ignota. »Nigra; macula magna utrimque laterali prothoracis straminea; elytris eburneis, vitta suturali communi nec non utriusque macula fere media rotundata, aliaque transversa humerali nigris; palpis pedibusque testaceis. Long. 11 mm; lat. 7 mm.
C. Cruci nigrae affinis. Ovalis, sat convexa, nigra, nitida. Caput apicem versus parce punctulatum; labro palpisque testaceis. Antennae dilute testaceae, articulis quinque apicalibus clavam sat distinctam formantibus, latitudini aequilongis. Prothorax ante medium sensim rotundato-angustatus, remote, distincte, basi nonnihil fortius punctatus, lateribus, basi excepta, late stramineis. Scutellum laeve. Elytra eburnea, distincte seriatim punctata, vitta suturali latiuscula, utriusque macula transversa humerali maculaque subrotundata paulo pone medium, margini laterali appropinquata, nec non margine inflexo basi et pone medium nigris. Prostethium utrinque stramineum. Pedes testaceis. — Mas. Segmento ventrali ultimo apice truncato.« (Descriptio originalis. Ex Stål.) ..... 11. **Deuterocampta melanograpta** Stål.

9 (8) Fascia media nigra elytrorum producta, cum sutura, ordine etiam cum margine conjuncta.

10 (13) Pronoto antice in medio vitta longitudinali lutea, abbreviata, ornato.

11 (12) Nigropicea aut nigra, tarsis (saepe etiam tibiis) labroque brunneis aut rufotestaceis, antennis palpisque flavotestaceis.
Capite nitido, sparse et tenuiter punctato. Pronoto sat nitido, punctis magnis sat dense in disco instructo, angulis posterioribus obtusiusculis. Elytris nitidis, antice fortiter, postice dilute punctatoseriatis, intervallis punctulatis. Long. corp. 9,5—11,5 mm. ..... 12. **Deuterocampta stauroptera** Wied.

Variat: a) Elytrorum solum modo intervallo 2° post scutellum nigricante. ..... f. *nominata*.
b) Elytrorum intervallis alternis (2°, 4°, 6°) ante medium basin versus, plus minusve distincte nigro- aut brunneo-tinctis. ..... ab. *picturata* n. ab.
c) Elytrorum intervallis alternis non solum antice, sed etiam postice, plus minusve abbreviatis aut confluentibus, nigris aut brunneis. ..... ab. *formosa* n. ab.

12 (11) Nigra, pedibus nigris, antennis, palpis labroque rufotestaceis. *D. stauroptera* ab. *formosa* simillima.
Pronoti et elytrorum ornamentis nigroaeneis; pronoti angulis posticis rectis; elytris opacioribus, antice fortius punctatis, intervallis alternis postice haud brunnescentibus et omnino microscopice striolatis. Long. corp. 11 mm. ..... 13. **Deuterocampta vittulosa** n. sp.

13 (10) Pronoto antice in medio haud luteo-signato.

14 (15) Prostethii lateribus angustissime luteomarginatis.
Nigropicea, labro, palpis, antennis tarsisque rufotestaceis, tibiis infuscatis. Pronoto ad latera luteomaculato. Elytris luteis, fascia transversa media vittaque suturali lata communi nec non humeris antice nigris, haud metallicis, epipleuris postice brunneis.
Capite sat nitido, sparse et tenuiter punctato. Pronoto in disco parum nitido, punctis magnis sparse instructo, angulis posterioribus obtusiusculis. Elytris nitidis, antice fortiter, postice dilute punctatoseriatis; punctis ipsis brunneo-circumdatis, in lineas obscuras plus minusve abbreviatas confluentibus; intervallis tenuissime striolatis. Long. corp. 9—9,5 mm. ..... 6. **Deuterocampta prostethialis** n. sp.

15 (14) Prostethii lateribus late luteo-maculatis.

16 (17) Subtus nigra, pedibus nigris.
Antennis, palpis labroque rufotestaceis, palparum articulo ultimo ordine infuscato. Pronoto et elytris ut in praecedenti coloratis, epipleuris postice nigris.
Capite sat nitido, in clypeo densius quam in fronte punctato.
Pronoto opaciore, punctis majoribus et minoribus in disco instructo, angulis posterioribus fere rectis. Elytris dilutius quam in praecedenti punctatoseriatis, punctis ipsis nullo modo aut minime brunneo circumdatis, lineas obscuras haud conformantibus. Metasterno antice leviter sinuato. Corpore majore. Long. corp. 11—13 mm. Ad honorem clar. J. Achard denominata. .... 7. **Deuterocampta achardi** n. sp.

17 (16) Subtus nigra aut nigropicea, pedibus aut pro parte aut ex toto brunneis vel rubris.

18 (19) Humeris macula transversa obliqua nigra ornatis.
Nigra, pedibus, palpis, antennis labroque rubris, metasterno, mandibulis (pro parte) et clypeo rufo-brunneis. Pronoto et elytris ut in praecedenti ornatis.
Capite minus nitido tenuiter punctato. Pronoto opaco, tenuissime punctato, angulis posterioribus obtusis. Elytris tenuissime punctatoseriatis, haud obscure lineatis. Metasterno lato et antice recte truncato. Long. corp. 9,5—10 mm. ..... 10. **Deuterocampta humeralis** n. sp.

19 (18) Humeris flavis, solum modo angustissime nigromarginatis.

20 (21) Pronoto opaco, in disco tenuiter et sparse punctato.

Nigropicea, tarsis, antennis, palpis labroque testaceis, tibiis et femoribus rufobrunneis. Supra ut in praecedentibus colorata.
Capite tenuiter et sat sparse punctato. Pronoti angulis posterioribus obtusis. Elytris tenuissime (postice obsolete) punctatoseriatis. Metasterno subarcuatim truncato. Long. corp. 11—12 mm ..... 8. **Deuterocampta crux nigra** Stal.

21 (20) Pronoto nitidiore, dense et fortiter punctato.
Praecedenti simillima, sculptura pronoti, elytris etiam postice distincte punctatoseriatis, intervallis discalibus 2° et 4° punctis aliquot subseriatim ordinatis instructis discrepans. Long. corp. 11,5 mm. ..... 9. **Deuterocampta rufipes** n. sp.

22 (1) Pronoto aliter colorato.

23 (26) Pronoto luteo, nigro bimaculato, basi in medio saepissime nigrostrigoso. Elytrorum sutura angustissime nigromarginata.

24 (25) Elytris punctorum seriebus nigrocircumdatis, in lineas confluentibus transversim ad medium nigrofasciatis.
Nigra aut nigropicea, tarsis, antennis, palpis labroque flavotestaceis, tibiis, mandibulis (pro parte) atque capite antice rubrobrunneis, femoribus infuscatis .Pronoto luteo, basi anguste utrinque abbreviatim nigrolimbato, in disco maculis duabus nigris approximatis subobliquis, cum limbo basali obsolete aut nullo modo confluentibus, ornato. Elytris luteis, basi angustissime nigricante, ad medium transversim nigrofasciatis, qua fascia ad suturam semper, ad marginem externum nonnumquam interrupta; in disco punctorum seriebus nigrolineatis, quibus lineis pone fasciam utriusque abbreviatis, ante apicem vario modo interruptis atque conjugatis. Stria abbreviata scutellari, stria prima (iuxtasuturali) post medium, et stria marginali, haud nigro circumdatis. Epipleuris antice anguste nigrocoloratis.
Capite nitido, sat fortiter et densius quam in aliis speciebus punctato. Pronoto in maculis discalibus opaco, punctis majoribus et minoribus sat dense instructo ,angulis posterioribus obtusis. Elytris antice fortiter, postice dilute punctatoseriatis. Punctis seriei marginalis profunde impressis. Long. corp. 11—13 mm ..... 2. **Deuterocampta pustulicollis** Stål.

25 (24) Elytrorum punctorum seriebus haud nigrolineatis; aut flavis, unicoloribus (epipleuris semper nigropictis), aut fascia transversa, nonnumquam reducta, nigra, ornatis. Pronoto maculis nigris, basin attingentibus, instructo.
Nigra, tarsis, antennis, palpis, labroque testaceis, tibiis, femoribus, mandibulis (pro parte) et capite antice rubrobrunneis. Pronoto luteo, maculis duabus basalibus nigris, ante scutellum subsinuatis, ornato. Elytris vario modo picturatis.
Capite sat dense, in clypeo fortius quam in fronte punctato. Pronoto in maculis nigris sparse et fortiter punctato, punctis minutissimis immixtis instructo, angulis posterioribus obtusis. Elytris sat tenuiter punctatoseriatis. Long. corp. 11—13 mm. ..... 1. **Deuterocampta sedula** Stål.

Variat: a) Elytris fascia nigra transversa media nec suturam nec marginem attingente ornatis. ..... f. *typica.*
b) Elytrorum fascia media in macula transversa pone marginem externum reducta. ..... ab. *virgulata* Achard.

c) Elytris (epipleuris exceptis) flavis, unicoloribus. ..... ab. *impictipennis* Stål.

d) Ut in c., sed punctorum seriebus in elytris maculis pallidioribus circumdatis, in lineas longitudinales confluentibus. ..... ab. *nervulata* (Achard i. l.) n. ab.

26 (23) Pronoto aliter colorato.

27 (28) Pronoto plaga media nigra instructo. Mihi ignota.
»Testacea, supra straminea, prothoracis plaga media maxima, posterius latissime ampliata, elytrorum vitta suturali, medio angustata, communi, nec non urtiusque fascia media latissima, vittis quinque abbreviatis ante medium, vittisque quattuor, interiore brevissima, pone medium positis, nigricantibus. Long. 11, Lat. 7,5 mm.
C. vigilanti affinis, major, elytris aliter pictis. Ovalis, sat convexa, subtus cum pedibus, capite antennis, palpisque testacea. Caput remote, distincte punctulatum. Antennae articulis apicalibus subquadratis, quinque ultimis clavam sat distinctam formantibus. Prothorax ante medium rotundato-angustatus, nigricans, remote, distincte, basi nonnihil fortius punctatus, lateribus, basi excepta, late stramineis, laevibus. Scutellum laeve, nigropiceum. Elytra distincte seriatim punctata, vitta communi latiuscula, medio valde angustata, nec non utriusque fascia percurrente media latissima, vittis quinque abbreviatis ante medium, exteriore antrorsum producta, humerum cingente, vittis quattuor abbreviatis pone medium, interiore brevissima, ut et margine inflexo, macula oblonga ante medium straminea excepta, nigricantibus.« — (Descriptio originalis. Ex Stål.) ..... 14. **Deuterocampta mystica** Stål.

28 (27) Pronoto macula basali magna, antice nonnumquam sinuata, nigra, ornato.

29 (36) Elytrorum ornamentis transversim dispositis. Sutura late nigricante.

30 (33) Elytris fasciis aliquot, pro parte reductis, ornatis. Species mihi ignotae.

31 (32) »Obscure picea, antennis pedibusque dilutioribus; macula antico-laterali prothoracis straminea; elytris eburneis, vitta suturali, medio angustissima, nec non maculis in series tres transversas dispositis, nigris. Long. 10, Lat. 7 mm.
Statura praecedentium (= *saeva* et *vinculata*). Ovalis, sat convexa, nitidula, obscure picea vel nigropicea. Caput remote, subtiliter punctatum. Antennae dilutiores, articulis quinque apicalibus latitudini aequilongis, clavam vix formantibus. Prothorax elytris nonnihil angustior, ante medium leviter rotundato-angustatus, remote, distincte punctatus, macula marginali sat magna, angulos anticos occupante, straminea, laevi. Scutellum laeve. Elytra subtiliter striato-punctata, margine inflexo basi et pone medium, vitta angusta suturali, medio angustissima, nec non maculis in series tres transversas dispositis, nigris, maculis seriei mediae interdum confluentibus. Latera prostethii, basi excepta, straminea. Pedes dilute picei. —Mas. Segmento ventrali ultimo apice truncato.« — (Descriptio originalis. Ex Stål.) ..... 15. **Deuterocampta vigilans** Stål.

32 (31) »Nigra; parte antico-laterali prothoracis flava; elytris macula apicali flava, fasciisque tribus, ad suturam interruptis, sordide stramineis, basali abbreviata excepta, extus macula flava terminatis.

Long. 10, Lat. 7 mm.
Ovalis, nigra, minus nitida, modice convexa. Caput remote, distincte punctulatum. Antennae articulis quinque apicalibus clavam sat distinctam formantibus, latitudini aequilongis. Prothorax elytris nonnihil angustior, remote, distincte punctatus, lateribus, basi excepta, dilute flavis, laevibus. Scutellum laeve. Elytra distincte seriatim punctulata, macula apicali flava, fasciis tribus ad suturam interruptis, sordide stramineis, basali utrimque abbreviata, reliquis extus ad marginem lateralem flavis; marginis inflexi apice fasciisque duabus flavis. Latera prostethii, basi excepta, flava.« (Descriptio originalis. Ex Stål.) ..... 16. **Deuterocampta saeva** Stål.

33 (30) Elytris fascia nigra pone medium instructis.

34 (35) Elytris antice prufunde punctatoseriatis.
Nigra, tarsis, antennis, palpis labroque testaceis, tibiis infuscatis. Pronoto nigro, ad latera et antice (hic anguste) luteo marginato. Elytris luteis, margine basali et subhumerali, sutura fasciaque transversa pone medium, haud interrupta, nigroornatis.
Capite sparse et sat tenuiter punctato. Pronoto in disco punctis magnis nonnullis instructo, angulis posterioribus obtusis. Elytris antice profunde, postice dilute punctatoseriatis. Long. corp. 11—12 mm. ..... 5. **Deuterocampta semistriata** Fabr.

Variat: a) Elytrorum punctorum seriebus ante medium obsolete aut nullo modo nigro circumdatis. ..... f. *nominata.*

b) Elytrorum punctorum seriebus nigro circumdatis, lineis plus minusve confluentibus formatis. (Coloratione elytrorum *Deut. pustulicollis* simillima). ..... ab. *polystriata* n. ab.

35 (34) Elytris antice (praecipue ad latera) tenuissime punctatoseriatis.
Praecedenti simillima, nigropicea, pedibus pallidioribus, pronoto densius punctato, elytrorum fascia media angustiore, elytrorum seriebus punctorum haud nigricantibus. Long. corp. 10,5—11 mm. ..... 4. **Deuterocampta segnis** Stål.

36 (29) Elytrorum ornamentis nigris longitudinaliter disposotis. — Nigrae, nitidae, pedibus nigris, antennis nigris, ad basin palpisque (articulo ultimo excepto) rufobrunneis. Pronoto plaga magna basali, antice in medio emarginata, nigra, ornato. Elytris luteis, vitta communi suturali, antice et postice abbreviata, antice dilatata, postice cum fascia transversa anteapicali, nonnumquam interrupta, conjuncta, macula humerali plus minusve elongata atque vittis discalibus utrinque abbreviatis, latis, nigro ornatis. Epipleuris flavis. antice angustissime nigrotinctis, postice ante apicem haud late nigromaculatis.

37 (40) Elytris macula humerali subrotundata atque vittis duabus longitudinalibus discalibus nigris, ornatis.

38 (39) Elytrorum vittis discalibus valde distantibus, fascia transverse anteapicali in disco interrupta.
Capite tenuiter, in disco densius quam in fronte, punctato. Pronoto punctis majoribus in disco sat sparse instructo, angulis posterioribus obtusiusculis. Elytris antice fortiter, postice tenuissime punctatoseriatis, intervallis vix punctulatis. Long. corp. 9—11 mm. ..... 19. **Deuterocampta leucomelaena** Perty.

39 (38) Elytrorum vittis discalibus valde approximatis, postice confluentibus. Fascia transversa anteapicali haud interrupta.
Sculptura praecedenti simillima, pronoto in disco densius et fortius punctato. Elytris postice obsolete punctatoseriatis, intervallis punctulatis. Long. corp. 11,5 mm. Ad honorem Dom. J. M r á z denominata.
..... 20. **Deuterocampta mrázi** n. sp.

40 (37) Elytris macula humerali prolongata atque vitta discali unica nigro-ornatis.
Fascia anteapicali transversa in disco interrupta. Capite fortiter punctato. Pronoto in disco punctis majoribus et minoribus immixtis instructo, angulis posterioribus obtusis. Elytris parum regulariter punctatoseriatis, antice sat fortiter, postice dilutius punctatoseriatis, intervallis punctulatis. Long. corp. 9—10 mm. .....
.....21. **Deuterocampta opposita** Stål.